



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Ad idem: D. Ioann. Crysost. Admonitio. vi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

que mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.

Divitis huius seculi precipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

Fide Abraham demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabant enim fundamenta habentem civitatem: cuius artifex & conditor, Deus, &c. Confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Heb. 11.

S. Iacobus. Agite nunc divites, plorate, ululantes in miseriis vestris que advenient vobis. Divitia vestra putrefacta sunt: & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum eruginavit: & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Iac. 5.

S. Ioannes. Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Et mundus transit, & concupiscentia eius. 1. Ioan. 2.

Ad idem. D. Ioan. Chrysofomi Admonitio.

Chrif. hom.
12. in Ioan.
nem.

Futura igitur quotidie Regna queramus: omniaque presentia, umbras esse prorsus et somnia, indicemus. Neque si Rex terrenus aliquis assumens te pauperem ac mendicum, repente sibi adoptaret in filium, tu iam ad tugurii tui respiceres vilitatem: & certe non grandi hac discrimine separantur: ita nunc igitur nihil presentium putes esse pretiosum. Longe quippe maiora sunt, ad que vocatus es capessenda. Qui enim

CAPVT
VI.

G 4 vocat,

vocat, Dominus angelorum est: ea verò qua conferentur bona, & explicationem sermonis, & cogitationem mentis excedunt. Non enim te à terra trāsponit in terram, vt terrenus iste Rex: sed à terra extollit in calum, & à mortali ad immortalem profectò naturam, atque ineffabilem gloriam: qua tunc solummodo cernenda à nobis erit, quando etiam possidenda. Tancorum igitur particeps futurorum bonorum, noli auri argentiq; curis onerare mentem: ceterisq; huiusmodi umbris atque imaginibus illudere. An fortè non putas omnia ista qua cernimus, comparatione celestis Regni, medicorum paniculis esse viliora?

Conc. 1. de
Dione &
Lazaro.

Eiusdem D. Ioan. Chrysostomi ad contemptum rerum mundanarum, ab exemplo diuitis epulonis, Exhortatio.

CAPVT.
VII.

MOrtuus est autem diues & sepultus. Hic mihi considera mensas argento circumtectas, lectos, tapetia, ornamenta, qua tota in domo sunt omnia, ungueta, aromata, vini meri copiã, eduliorũ varietates, ciborum delicias, coquos, adulatores, stipatores, famulos, ac reliquam vniuersam pompam strepitumq; extinctum marcidumq; factum. Vbiq; cinis, vbiq; fanilla & puluis, lamenta & luctus, nemine succurrente, neq; semel egressam animam postea renocante. Tunc declarauit, quid possit aurum: quid possint copiose diuitia. Siquidem eam frequenti famulitio nudus abductus est & solus, nihil ex tanta beneficentia secum ferre valēs: sed desertus, indefensus & neglectus: nullus eorum qui prius auxiliabantur aderat erepturus à pœna & supplicio: sed ab omnibus illis diuisus, solus in se recepit, vt illa non ferenda supplicia sustineret. Verè omnis caro scētũ: & omnis gloria hominis tamquã flos graminis: exaruit gramẽ, & flos

Esa. 49.